



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Exempla Principum, qui suis humeris Sanctorum, aliorumq[ue]
cadauera extulerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

contemnendus, nemo despiciendus est, sed defunctus minimè, quia non potest se defendere, unde Deum habet defensorem. Quare per pauperem illum, in porta mortis constitutum intelligitur, de quo Salomon ait: *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta: quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.* Prou. 22. 26

Probè hoc intellexerunt omnes probi, qui, ut defunctis supremus honor non negaretur, vel humeris suis eos extulerunt. Neque enim plebeius Tobias dumtaxat id fecit; fecit Ioseph ab Arimathea, fecit Nicodemus, viri primarij; quin etiam fecerunt Reges & Principes. Anno Christi 1007. è vita discessit Ratifponæ Romualdus Abbas S. Emmerami, cuius feretro Henricus Romanorum Rex, & postea Imperator, proprium supposuit humerum, cum illud ad sepulchrum portaretur. Idem fecit An. 1079. S. Ladislaus Hungariæ Rex, & alij Principes, qui corpus S. Gerardi proprijs humeris transtulerunt. Idem præstitit Theodoricus Rex Francorum, qui Theodorici Abbatis, S. Remigij discipuli corpus ad sepulchrum ipse quoque suis humeris extulit. *Alphonfus Aragonum Rex cum Puteolos obsideret, atque animi laxandi gratia littus quotidie peteret, reperit viri Genuensis cadauer à Tiriemi hostium eiectum, littori appulsum. Quo viso, celeriter equo desilyt, issq; qui propè aderant, omnibus desilire iussit, alijs negotium dedit, ut terram effoderent, alijs, ut nudum corpus obuoluerent; ipse verò non minimas in sepeliendo homine partes sibi ascripsit. S. Odiolo, quadam die, dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo desiliens, lanciam, quâ indutus erat ad carnem, subduxit sibi interulam, eaq; prout velaminis quantitas permittebat, vtrumq; cadauer obuoluens exhibet mortuis sepulturâ; nam & vestillones mercede conduxit, & funereis vsque ad tumulum prosecutus exequijs, defunctis fratribus debitum humana pietatis exoluit. Hoc est quotidianum opus, & magnum quidem, ait S. Ambrosius.*

Rident ista impij cachinnones, sed ve vobis, qui ridetis opera misericordiæ exercentem, & applauditis vanitati, Deus enim causam istorum iudicat, & in fide luscis omnino excæcat, ut vel in tenebris videant, quid Sanctis suis debeatur. Imperante

VII.

Baron. t. 6. 13.
An. Christi
1007. ex Ar-
nolfo Comi-
tæ.

Sur. 24. Se-
premb. in
in vita eius,
& Baren. t. 6.
11. An. 1079.
Vlsard. in
Martyrol.
Anton. Pa-
norm. lib. 2.
de gestis
Alfonfi.

Petr. Dam.
apud Sur.
J. lun. Barom.
tom. 11. An.
1006. 4. ex
Sigeberto.

S. Ambrosii
lib. de Tobia.

VIII.

Zacha. Lip-
pel ex Sur.
29. Ianuar.

1777 2

Antonino,